

Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Secundum

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

Vtrum inobedientia sit peccatum mortale? 1

urn:nbn:de:hbz:466:1-38762

De inobedientia, in duos articulos diuisa.

D Einde considerandum est, de inobedientia.

¶ Et circa hoc quæruntur duo.

¶ Primo, vtrum sit peccatum mortale?

¶ Secundo, vtrum sit grauissimum peccatorum?

ARTIC. I.

Vtrum inobedientia sit peccatum mortale?

552

A D primum sic proceditur. Videatur, quod inobedientia non sit peccatum mortale. Omne enim peccatum est inobedientia, ut patet per diffinitionem Ambrosij * superius positam. Si ergo inobedientia esset peccatum mortale, omne peccatum esset mortale.

sup. q. 69,

art. 1. con.

¶ 2 Præterea, Gregor. dicit trigesimo primo Mo-
ral. † quod inobedientia oritur ex inani gloria. Sed
inanis gloria non est peccatum mortale. Ergo nec
inobedientia.

q. præc. a.

2. art. 1.

¶ 3 Præterea, Tunc dicitur aliquis esse inobedientis,
quando superioris præceptum non implet. Sed supe-
riores multotiens præcepta multiplicant, que vix aut
nunquam omnia possunt obseruari. Si ergo inobedien-
tia esset peccatum mortale, sequeretur quod homo
non posset vitare mortale peccatum: quod est incon-
ueniens. Non ergo inobedientia est peccatum
mortale.

S E D contra est, quod ad Romanos primo, &
secundæ ad Timoth. tertio, inter alia peccata morta-
lia computantur parentibus non obedientes.

R E S P O N D E O dicendum, quod sicut suprà
dictum est *, peccatum mortale est quod contraria-
tur charitati, per quam est spiritualis vita. Charitate
autem diligitur Deus & proximus. Exigit autem cha-
ritas Dei, ut eius mandatis obediatur, ut suprà di-
ctum est †. Et ideo inobedientem esse diuinis præcep-
tis est peccatum mortale, quasi diuinæ dilectioni
contrarium. In præceptis autem diuinis continetur,
quod etiam superioribus obediatur. Et ideo etiam
inobedientia, quæ quis inobediens est præceptis su-
periorum.

q. 24. art.

12. et 1. 2

q. 72. 2. 5

et q. 83.

art. 1.

q. 24. 3. 12

554 periorum , est peccatum mortale , quasi diuinæ dilectioni contrarium: secundum illud ad Rom. 13. Qui protestati resistit , Dei ordinationi resistit . Contrariatur insuper dilectioni proximi,in quantum superiori proximo subtrahit obedientiam quam ei debet .

Ad primum ergo dicendum , quod illa diffinitio Ambrosij † datur de peccato mortali quod habet perfectam peccati rationem . Peccatum autem veniale non est inobedientia : quia non est contra præceptum , sed præter præceptum . Nec etiam omne peccatum mortale est inobedientia , propriè & per se loquendo: sed solum tunc quando aliquis præceptum contemnit ; quia ex fine morales actus speciem habent . Cum autem facit aliquid contra præceptum , non propter præcepti contemptum , sed propter aliquid aliud: est inobedientia materialiter tantum , sed pertinet formaliter ad aliam speciem peccati .

L. de Paradiſo. c. 8 parum ante me. 30.4. Ad secundum dicendum , quod inanis gloria appetit manifestationem alicuius excellentiæ . Et quia videatur ad quandam excellentiam pertinere , quod homo præceptis alterius non subdatur : inde est , quod inobedientia ex inani gloria oritur . Nihil autem prohibet ex peccato veniali oriri mortale: cum veniale sit dispositio ad mortale .

Ad tertium dicendum , quod nullus obligatur ad impossibile . Et ideo si tot præcepta prælatus aliquisingerat seu iniungat , quod subditus ea implere non possit ; excusatur à peccato . Et ideo prælati abstinere debent à multitudine præceptorum .

A R T I C. I I.

553 Vtrum inobedientia sit grauissimum peccatum ?
op. 64. c. A secundum sic proceditur . Videtur , quod inobedientia sit grauissimum peccatum . Dicitur enim 11. 1. He. 2. letit 2. 60. 2. me. 9. 9. 1. 4. 3. 1. Reg. 15. Quasi peccatum ariolandi est , repugnare ; & quasi scelus idolatriæ , nolle acquiescere . Sed idolatria est grauissimum peccatum , ut suprà habitum est *. Ergo inobedientia est grauissimum peccatum . ¶ 2 Præterea , illud peccatum digitur esse in spiritu